

# The Digital *Viridarium consolationis* Project

## Pars 5: De aliis rebus Caput 10: De clericis nostri temporis (3)

Idem (Bernardus):

Video quod sine dolore videri non potest,  
plurimosque in ecclesia dei de ignobilibus nobiles, de pauperibus divites factos,

quodque magis perversum est,  
nonnullos in schola humilitatis superbiam magis discere,  
et sub aliis positi mites humilesque apparentes, sed magistri facti gravius insolecscere,  
qui tamen patientes et mites amplius fieri debuerunt in claustro quam fuerunt in seculo.

←

Videas plerosque in Ecclesia de ignobilibus nobiles, de pauperibus divites factos,  
subito intumescere, pristinae oblivisci abiectionis,  
genus quoque suum erubescere et infimos deditnari parentes.  
Videas et homines pecuniosos ad honores quosque ecclesiasticos pervolare,  
moxque applaudere sibi sanctitatem, vestium dumtaxat mutatione, non mentium,  
et dignos se aestimare dignitate, ad quam ambiendo pervenerunt,  
quodque, si audeo dicere, adepti sunt nummis, attribuere meritis.  
Omitto autem de his quos excaecat ambitio: et honor ipse superbidi eis materia est.  
→ Sed video, quod magis doleo,  
←  
post spretam saeculi pompam nonnullos in schola humilitatis superbiam magis addiscere,  
ac sub aliis mitis humilisque Magistri gravius insolecscere,  
et impatientes amplius fieri in claustro quam fuissent in saeculo.  
→ Quodque magis perversum est,  
plerique in domo Dei non patiuntur haberi contemptui,  
qui in sua nonnisi contemptibiles esse potuerunt, ut quia videlicet,  
ubi a pluribus honores appetuntur, ipsi locum habere non meruerunt,  
saltem ibi honorabiles videantur, ubi ab omnibus honores contemnuntur.

Bernardus Claraeuallensis, *Homiliae super “Missus est”*, 4.10 (SBO 4, J. Leclercq,  
C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., pp.55-6, ll.13-27, 1).